rubrum mare & submersum cum suo
exercitu pharaonem tympanum te-
nens praecinet responsuris.
CANTEMUS domino gloriose enim
honorificatus est, equum et ascenso-
rem proiecit in mare; Tunc decolla-
tor laeta uolabit complexus. Tunc
& ipse sponsus occurrit et dicit;
Surge ueni proxima mea sponsa
mea columba mea. Quia ecce hiemps
transiit et pluuia abiit sibi;
Tunc et angeli mirabuntur & di-
cent. Quae est ista prospiciens quasi
diluculo speciosa ut luna electa
ut sol; Uidebunt te filiae et lauda-
bunt reginae et concubinae praedicabunt;
Tunc et alius castitatis chorus oc-
curret. Sarra cum nuptis ueniet.
filia fanuelis anna cum uiduis;
Erunt in diuersis gregibus carnis et spiritus ma-
tres uel laetabitur illa quod genuit.
exultabit ista quod docuit, tunc
uere super asinam dominus ascendet & caele-
stem ingredietur hierusalem. tunc
paruuli de quibus in esaia saluator
effatur. Ecce ego et pueri quos mihi
dedit dominus palmas uictoriae subleuantes
consono ore cantabunt.
Osanna in excelsis benedictus
qui uenit in nomine domini osanna
in excelsis; Tunc .c. quadragin-
ta .IIII. milia in conspectu throni & se-
niorum tenebunt citharas & can-

tabant canticum nouum & ne-
mo poterat scire canticum illud
nisi numerus definitus; Hi sunt
qui se cum mulieribus non coinquinauerunt
uirgines enim permanserunt.
Hi sunt qui secuntur agnum quo-
cumque uadit; Quotienscumque
te uana saeculi delectat ambitio, quotiens in mundo aliquid
uideris gloriosum ad paradisum
mente transgredere esse incipe
quod futura es & audies a sponso tuo, pone me sicut umbraculum in
corde tuo, sicut signaculum in brachio
tuo & opere pariter ac mente munita clamabis & dices
Aquae multae non potuerunt extinguere caritatem et flumina
non cooperient eam.

LXIII HIERON AD MATREM ET FILIAM IN GALLIA COMMANENTIBUS

RETULIT MIHI QUIdam frater e gallia se habere
sororem uirginem matremque
uiduam quae in eadem urbe diuisis
habitarent cellulis & uel ob hospi-
ti sollicitudinem uel custodi. facul-
tatular praesules sibi quosdam
clericos adsumpsissent, ut maiori
dedecore iungerentur alienis quam
a se fuerant separatae; Cumque ego



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0384